



1546

Tractat in dinsten buch vordand
Georg 1546 vnder die nachghehens


- 1 Vom Gotswirdigsten sacrament Gheft zu
 - 2 Wen im Antwert vff nye Gendelen ^{Capitel 1546}
 - 3 Wen von der Keytlich und lufft was die
altes Gheftes dancz gehalten (hew) lufft
 - 4 Wen Errettunge de ardens pfer, so durch
falsch lere angepoffen, auß der closter zu
lauffen. Pape in der C. 11.
- Volgend Tractat in. P. 1546
- 5 Vom den ey. arden de nancy ceztlich
 - 6 Wen vordlinge de ludechtich Priefter
 - 7 Wen Gheft an die Gheftlich abtich
 - 8 Wen tractat de fra ruffo et apta in en
 - 9 Vom synghen de lufftich
lufftich Priefter
 - 10 Wen Gheft de Gheft ludechtich
 - 11 Vom glaubig vnder de lufftich
Priefter Georgs-B.
 - 12 Wen Tractat vo synghen de Priefter
land synghen de prelary S. Cyrill
 - 13 Wen Gheft S. Brigardts van ayden
 - 14 Wen wie man das ludechtich vordlinge wyl.
 - 15 Wen ludechtich P. vorder ayden lufft
 - 16 Wen Gheft Georg zu Gheft in Gheft
Gheft an ay. lufft
 - 17 Wen die lufftich Gheft adill. vorder
lufftich lufft
 - 18 Wen 3 oder 4 tractat vo Gheftich
auffhing der Burch in Jun Jun 1525. In



r mal
ma ab
fubiat
t creatu
malim
uide' up
cum
cepe
um bl
pat m
o Diab
us e
io ab
ur q
onam
m rep
alter
mchi
dixit
reper
e' de
aledic
ign no
pat
mat in
to n
depo
ohibet
nultum
dicat
laga
icant
ta en
puc



han
e ym
and
helle
wore
flie
re



Encomia Lu- teri.

ὡς ἐκ τριτοδος
Andreae Cricii Episcopi Premissieñ in Lute-
rū Oratio.

In imaginem eiusdem Luteri.
Conditiones boni Luterani.
Ingressus Luteri in Vuormatiam
Deci philomusi ac aliorum in Polonia
varia de eodem Lutero Epigrammata.

Bella per insanos plusquam ciuilia Lutros
Iusq; datū scelerī canimus ,rabiđūq; Luterū
In sua sacrilega conuersum viscera līngua.

Arma Lutere para dabitur tibi copia nostri.
M. D. XXIII.



IN IMAGINEM LYTHERI.

Ille Lutherus ego toto iam notus in orbe
Cui vulgi improbitas nomina tanta dedit.
Quicquid enim dictum, damnatumq; extulit ante,
Nunc renouans, iactor spiritus esse dei,
Conciliis, patribus, mori contraria scribo.
Actus & huc, consto non ego saepe mihi.
Mystica scripta volo, cum res mea postulat, esse
Nuda eadem, cum res exigit, esse volo
Nil credens, seruansq; nihil, Christi effero leges,
Prætextu quarum carpere cuncta licet.
Non mea dicta vlli ceu sancta, ac recta probantur,
In sacra, & sanctos, sed maledicta placent.
His valeo, quamuis valeat lymphaticus omnis,
His demptis, inerit non mihi mica salis.
Pontifices, Reges impura vellico lingua,
Defædo & nidum quo fruor ipse meum
Hinc me nemo probus, nisi cui mens p̄dita tractat,
Has nisi lactucas congrua labra petunt,
Hinc me, sed merito, præfert me patria Christo
Nempe magis titulo nobilitata meo.
Pingit & hanc faciem, radios, sanctamq; columbã.
Sit licet explosum nomen vbicq; meum.
Atq; hinc qualis ego, poteris cognoscere, cum sit
Acceptus patriæ nemo propheta suæ.

AD



stom
Her
zani
prim
hoc
ruen
obd
no st
& p
quie
Chr
cesse
hære
tio i
na in
ac re
ctur
inde
& p
fuer
doc
ven
num

AD DIVVM SIGISMVNDVM POLO-
NIAE REGEM, ANDREAE CRI-
CII EPISCOPI PREMISLI-
ENSIS EPISTOLA.



Vi res ecclesiasticas memorie prodiderunt, maxime & sapientissime Rex, innumeros hæreticos, & apostatas recensent, qui sensu suo, & spiritu superbiæ transuersum acti, ecclesiã dei deuia & pertinaci doctrina scindere ac turbare consueuerunt, quorum monstrorum cum semper Romana ecclesia domitrix, ceu claua Herculis, extitisset, in eam potissimũ hæc demoniorũ Zizania ferebantur, atque hi turbines, hi fluctus eam cum primis nauiculam obruere nitentur, quam Christus in hoc mundi pelago iactandam quidem, sed nunquam obruendam constituit, in qua ipsemet cum suis sedens, licet obdormire soleat interdum, peccatis & præuaricationibus nostris, insurgitq; tempestas, excitatur tamen concussione & pœnitentiã nostra ac tum demũ venti, & omnis æstus cõquiescit. Vnde inter alias ecclesiæ calamitates fit, vt quod Christus ait, finite Zizaniã crescere vsq; ad messem, Necesse sit vsq; ad diem iudiciũ, quod etiã Apostolus testatur, hæreses venire, vt et vicia quæ succrescunt, & ea quæ ab initio iusta & pia ratione statuuntur, ac tempore, vt sunt humana ingenia, in abusum abeunt, tali conflictatione purgêtur, ac reficiantur, quod tamen nunquã absq; ingenti aliqua iactura & perturbatiõẽ rei Christianæ venire solebat. Et proinde recte pestes istæ diuinis ac humanis legibus damnantur & puniuntur. Inter tot autem, ac tam varios, qui hæctenus fuerunt, hæreticos, nemo fuit qui non ex Euãgelio Basim doctrinæ suæ statuisset, non verbis dei prætextũ, & illicem veneni sui fecisset, sicuti in præsens agit, nouum sui angulimen, Luterus, quod ita humiliter, ita caste, ita mansuete,

A ii &

& pacifice, iuxta doctrinam Christi & Apostolorū, tractat,
vt nihil arrogantius, nihil impudentius, nihil seditiosius ac
virulentius dici vel excogitari possit, vt qui nedum reges car
nifices, scurras & nebulones. Pontifices antichristos, leno
nes, & idola vocet, quæ potestates, quales sunt, a deo tamen
sunt, & templa dei immortalis, quæ ipse Christus suam do
mū testatur, lupanaria appellat, sed & sanctos, atq; adeo ip
sam deiparam virginem lingua sacerrima, vt ex plerisq; eius
argumentis constat, vilipendit ac eleuat, Sacerdotes omnes
ex æquo facit, cum quid sit ex re & dignitate sacerdotii,
si quid durius sit, sacerdotes a laicis secernit, atq; in eos so
los, omnem patientiæ, humilitatis, & paupertatis doctrinā
torquet. Libertatē Christianā docet, vt omnem ordinē, om
nem obedientiā, quæ dominis & rectoribus, etiā prauis, de
betur soluat. Auariciā & rapinas spiritualiū præterdit, vt la
icos, quos illis oppido infestos scit, ad rapinas & sacrilegiū
inducat. Mores ecclesiasticorū miris coloribus depingit ac
incepsit, quasi absq; vitiis homines esse possint, aut fuerint,
etiā hi pauci quos Christus sibi delegerat, vt pote quorū alii
illum vendiderūt, alii abnegarunt, reliqui ab omni fide post
passionē illius lapsi fuerunt, & quasi nō doceat Apostolus
pontificem offerre debere p̄ semetipso, quemadmodū p̄ po
pulo, cum eadem sit infirmitate circūdatus. Vituperat ordi
nem, & regimen ecclesiæ variis actis, quæ sunt, & videntur
illi citis, quasi non necesse sit uenire scandala, quasiq; difficil
le sit hac parte Momū agere non solū pontificum, sed ipsius
etiā Dei regnū carpendo, cū manifestū sit plerūq; non suo
tempore vel pluuiam, vel frig⁹, vel æstum venire, optimos
ac innocentissimos homines aduersissimis fatis & casibus
agi, improbis ac sceleratē omnia ex voto cadere, & alia id ge
nus, Si quis sensum domini corrigere, consiliarius esse velit
aut si in diuinis ac humanis rebus ordo aliquis inter homi
nes absq; potestate, potestas absq; opibus, opes absq; vitiis
esse possent. Quod cū clarius sit quā vllis argumentis egeat
ecclesiam quandā animalē, quasi ideam Platonis, fingit, de
qua

qua
scit, n
do ch
qual
cū P
phas
ædifi
uerlu
pro r
tia in
feri, a
tur t
ctus
actis
audi
Chr
rem
post
dice
seru
prin
at. E
cent
mai
vest
ant,
ben
pot
Pap
eles
cum
tam
Qu
suo
lun

qua quid cornicetur, quo tendat, quid sibi velit, ipsemet ne-
scit, nisi vt ex veris & euidentibus rationibus quoquo mo-
do elabatur. Verbum domini vincere & manere vult in aeternum
quasi quis Christianus contra nitatur, nititur aut ipse maxime
cum Petro principatum tollit, cui dominus imposito nomine Ce-
phas, quod lapidem sonat, postea dixit super hanc petram
aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non preualebunt ad-
uersus eam, & tibi dabo clauis regni caelorum, & ego rogauit
pro te, vt non deficiat fides tua. Quae verba, vt clarissima sunt,
ita in effectu manent, & manebunt inuisis omnibus portis in-
feri, ad eamque petram collisi iam sunt tot haeretici, & collide-
tur tandem iste. Licet ipse dicat spiritu humilitatis & intelle-
ctus. Papa cadet & Luterus stabit. Proindeque Petrus ipse in
actis manifeste dicit ab aeterno ordinatum esse vt per os eius
audirent gentes verbum Euangelii, crederentque. Vicarium
Christi esse negat in eius ecclesia, cum ipse Christus se pasto-
rem vocans, eam postea functionem pastorem vni Petro
post suam resurrectionem, & praesentibus reliquis commiserit
dicens ter, pasce oues meas, intelligens nempe piensissimus
seruator, malam esse in omni congregatione pluralitatem
principum, vnoque opus esse pastore, si & ouile vnum esse debe-
at. Et si hoc in paruis iniis censuit, quid non aucto grege
censendum illi esset. Nam quod oggannit Luterus illud, qui
maior est inter vos, fiat sicut minor, & qui prior esse vult, sit
vester seruus, Quae haec ad animi humilitatem pertine-
ant, tamen hoc melius praestat Papa seruum seruorum se scri-
bens, quam Luterus Ecclesiasten. Nam de abusu opum &
potentiae, Dei est iudicium, & aliorum correctio quam Luteri
Papam quemlibet Antichristum vocat eorum qui hactenus ecc-
lesiae praesuerunt, quae hac ratione iam pridem nulla esset,
cum in ecclesia Antichristi, Christus adesse non posset, qui
tamen dixit, ego vobiscum sum usque ad consumationem saeculi
Quod si hoc ad ecclesias schismaticas torquere vellet, & he-
suos habent praefectos & pastores, qui eo de modo illis pra-
sunt contra sensum Luteri. Maledicit & conuiciat Anri-
A iii stitibus

stibus & praelatis ecclesiae, contra scripturam, Principi populi tui ne maledixeris, quam & Apostolus suam excusans ignorantia, quod principi sacerdotum contumeliam dixisset, clare usurpauit, licet Lutherus eum aculeum ne se pungat intorqueat, & Apostolum ex ingenio suo sycophantico metiatur, ut quod sciuit, nescisse fingeret, tamen quam in hoc & reliquis deliret, & semet irretiat, demum latius constabit. Vult omnibus omnia quae scripta sunt prodi, & ab ipsis cerdonibus verba dei expendi, cum inquit Christus solis Apostolis datum esse scire mysteria Regni caelestis, caeteris per parabolas, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Episcopos & sacerdotes omnes, vitamque ipsorum impura & spurcissima lingua dehonestat, omniaque acta ipsorum in malam partem interpretat, contra verba domini, nolite iudicare. Solus enim scrutans corda, & renes deus, qui si maxime scelesti sint & improbi, an non ideo Episcopi & sacerdotes? an non ideo munere suo fungentes? an Caiphas non vaticinatus est oportere unum mori pro populo, non a semetipso, sed quia pontifex fuit anni illius? An non dixit Christus Phariseos claudere caelum aliis, quamuis ipsi non ingrediant? An non denotans ipsorum crimina praemonet, quaecumque iusserint facite, secundum opera illorum nolite facere? quae omnia clarissima prestigiator iste cimmeriis tenebris offundere & limitare conatur, Nempe Christo haec tum non adeo considerante, neque adeo perspicaci existente, ut nunc Lutherus. Abrogat census ecclesiasticos, cum tamen iubeat Christus dari quae sunt Caesaris, Caesari, quae dei, deo. Dei autem est, quicquid eius gratia institutum est. Cum praeterea exprobrans pharisaeis declamationem, & intermissam misericordiam & iusticiam, subinferat haec oportuit facere, & illa non omittere. Cumque offerre iubet sacerdotibus pro emundatione sui. Cum denique mulierem pauperem commendet, quae in Gazophylatium templi quidquid habuit ex facultate sua coniecit. Tollit caeremonias & instituta legis, quae ipse Christus seruauit, ut quod non soluere legem, sed adimplere venerat. Damnatur ieiunium, & preces prolixas,

lixas,
statu
Vot
ritua
eos a
castr
ribus
dico
fas C
voca
mo a
autē
ipso
lo ab
bi m
ac nō
tia in
ritu s
sunt.
iussit
ges &
clesia
vbique
qui i
nem
tibus
doct
casta
fruct
Dae
plan
ta, c
Arin
& c
sua p

lixas, cum Christ⁹ ipse ieiunauerit, & prolixius orabat, testaturq; eici dæmoniu nisi ieiunio & precatione non posse. Votū castitatis, quod vinculu libidinis, & castratio est spiritalis damnat, cū Christus triplices eunuchos declarans, eos aperte commendare videat, qui se causa Regni cœlesti castrauerunt. Atq; circa hæc veterator iste fucatuissimis coloribus & persuasionibus, nimirū ex animo cōtinente & pudico, claustra religiōis soluit, & Monachos ad prædas, spōsas Christi ad sellas fornicarias inducit. Vocat se doctorem vocat ecclesiasten, vocat euangelistam, cum scriptum sit, nemo assumat sibi honorem, nisi fuerit vocatus a deo, vocatur autē a deo, quisquis ab his quos deus præfecit, non a semet ipso vocatur. Tollit opes ecclesiæ, quod illis aliqui suo malo abunant, quasi eo Christus pauper nasci, & pauperes sibi ministros deligere voluerit, vt posteri pauperes essent, ac nō potius vt fides ipsius non humana, sed cœlesti potentia incrementum sumpsisse videret. Alioquin pauperes spiritu solo non commendasset, qui & ditissimi opum esse possunt. Nec dixisset, cui multū datū, multū ab eo quereat. Nec iussisset postea sacculum, peram, & gladiū ferre. Nec tot Reges & Pontifices sanctos, qui etiā pro iuribus & bonis ecclesiæ vitam posuerūt haberemus. Nam quod abusum opū vbiq; inculcat, id tametsi verū sit in multis, tamen non desunt qui illas recte dispensent. Sed & carere hac reprehensione nemo potest, cū Christus nō potuerit Iuda & alijs clamitatibus, ad quid perditio hæc, de vnguento. Doctrinā suam, doctrinā e cœlis se habere iactat, quā cū Iacobus Apostol⁹ castā, pacificā, modestā, tractabilē, plenam misericordiæ & fructibus bonis, absq; diiudicatione & simulatione testetur Dæmoniā vero seditiosam, amarulentā & contentiosam plane apparet, cū scribat Lutherus se prouocatū ad maledicta, quibus totus scetet, ex quo spiritu, & quali homini doctrina hæc sua prodeat, cū ex abundantia cordis os loquatur, & cū qualis vir sit, talis oratio. Gloria se ad harenam ecclesiæ proceres huc puocasse, & se argumentis inuictū consistere.

stere, quasi id cōueniat vlli prudenti, aut velit quispiam bo-
nus, maledictis cū cernis & furiosis certare, nam cum talē
hac cōuitia, quibus ne dæmon quidē maiora spargere possit,
plane declarant, aut quasi respondendum sit his, qui sine
ratione loquunt, quā abesse a Lutero satis testant scripta
nusquā sibi coherentia, ad nullū certū scopū rem dirigentia
Sed sursum, ac deorsum miscentia, & confundentia passim
omnia, quibus vt insolentia & seditionibus ianuam aduer-
sus rectores, & omne regimen cōmodius patefaciat, omni
subditorū ordini patrocinaat. Tollit cœlibatū, & preces pro-
lixas sacerdotū. Soluit vota Monachorū, Suadet Montali-
bus prostrare potius quam sub iugo esse monastico. Addit
maritis imbecillioribus connubiū adiutores, de quibus quā
hoc vno mereat, ipsi viderint, certe quibusdā vxoribus ne-
cessar præbet, non consiliū. Ieiunia lurconib⁹ in derisum, Nu-
mina cœlestia nephariis in contemptū. Et bona spiritualiū
harpis in prædam dat. Vulgusq; omne libertate, quā asserit
Christiana a legibus & obedientia missum facit, & alia hu-
iusmodi scelerū ac turbarū lactaria, quibus fit, vt hic nouus
euangelista, hoc nouū Pythij oraculū habeat tot diuersæ fa-
rinæ adoratores, qui proiectis scripturis, ac interpretationi-
bus sanctorū patrū, vita & miraculis clarentiū, proiectis cō-
cilijs, & ordinatiōibus ecclesie catholice, cui & ipsum Euā-
gelium, ac sensum ipsius, & omnia quæ in eo continentur
debemus, solū Lutherū, suo deūo ac iam pridem damnato
sensui inhaerentē, & scripturā sacram, cuius magister est spi-
ritus sanctus, nō apostaticus suo arbitratu interpretantem,
suaq; præuaricatiōis, ac suæ Apostasie operculū manifestū
facientē, odio in clerū excæcati, & huius freni impatientes,
quo diuina & humana omnia diriguntur & consistunt, præ-
cipites sequunt & Euangelū hoc solū putāt, quod & qua-
tenus Luterus doceat, cæterū quod in ecclesia canitur, cum
nihil aliud, quā hoc, vel ad illud pertinens canat, aut lega-
tur, credunt esse meras nugas & nenias. Hoc egregio ora-
culo gaudet & nobilitat specula orbis Vuittenberga, in
quo

quo si quid diuini aut prophetici videretur, acceptus illi non
esset Lutherus, cum nemo propheta acceptus sit in patria,
siquidem verba Christi sunt vera. Sed quo nam ultra insti-
tutum & epistolarum modum prouectus sum? cum immensum sit
pelagus eorum quibus clare ostendi posset nullum haereticorum
perplexius, instabilius, furiosiusque & ab Euangelio alienius,
nunquam scripsisse & docuisse, quam Lutherum, Tantum abest ut
vindex & assertor Euangelii, & diuini interpretis, uti se ias-
ciat, putetur, Verum haec alias fusius & accommodatiore ma-
teria, Christo adiutore, praestabimus, ipsumque Lutherum suo
ipsius poenicillo adamusim depingemus, non quod libe-
ret cum hoc coeno cucullario colluctari, futurum est enim, quod
& decus literarium Erasmus censet, ut nemo melius Luthe-
rum quam semetipsum conficiat, inconstantia videlicet, & male-
dicentia sua, qua in omnes passim, ceu fures illa Hecuba, fer-
tur. Et cum doctrina illius ex fructu suo cognosceret, qui quid-
dem fructus tam satis apparet in omni ciuitate & homine quem
cunque haec pestis afflauit, quae concordiam, quae obedientiam,
quae fidem, quae ordinem, ac omnem denique virtutem, & opus bo-
num labefacit. Sed ut manifestum sit tandem hinc & inde, Lu-
therum non spiritu sancto, quo plenus videri vult, non doctrina,
qua turget, & os in caelum ponit, non vlla sanctimonia,
qua fingit a suis famigeratum esse, sed odio secularium quorundam
in ecclesiasticos, studio rerum nouarum imperitum vulgi, in-
solentia, ac libidine apostatarum, cupiditate praedae & sacrile-
gij improborum hominum, neque horum omnium quid scribat Lutherus
intelligentem, eo illuuiem hancelatam, ut merito dicere hi
omnes possint, Nos te nos facimus Martine deum, caeloque
locamus, Interim inuictissime Rex quia tibi curae esse intel-
ligo ut eam labem in vicina serpentem a regno & dominis
tuis arceas, haec prelude, quoquo modo in praesens effudi,
quae dum alia nostra, & aliorum adornantur, benigno animo
suscipe, & quod facis, rem Christianam, non solum a Turcis, &
Tartaris aliisque ethnicis, sed etiam a domesticis hostibus Apo-
statis & haereticis tuere. B.

spiam bo
cum rale
gere pos
s, qui sine
nt scripta
dirigentia
ia passim
m aduer
at, omni
reces pro
Montali
o. Addit
ibus qua
ibus ne
sum, Ntu
iritualiu
na asserit
alia hu
c nouus
uersae fa
etationi
iectis co
um Eu
tinentur
lamnato
er est spi
tantem,
anifestu
tientes,
unt, pre
& qua
ur, cum
aut lega
io oraa
erga, in
quo



CONDITIOES BONI LUTERANI.

Dic male sacrificis, superos contemne, probatis
Moribus obrecta, ieiunia, sacra, precesq;
Ride, concilijs obsta, patrumq; relictis
Ritibus illude, ac venias, anathemata, vota
Non assis facias, absit confelsio culpæ,
Absit religio, cedant delubra popinis
Plus persuade tibi de te, quam sit, deceatq;
Pontifices, Reges, præ te, ceu stercora pendas
Scripturasq; sacras vt vis intellige, priscos
Doctores, Leges, sanctorum & gesta negato,
Sis bonus impostor, sis ad conuicia doctus
Præfectos traduc populo, reuinacula rumpe
Ordinis, & fidei, cieasq; per omnia turbas,
Sic age sectator qui vis probus esse Luteri.
Nunc mihi Papistam, quo verbo falsus habetur,
Pingere si volet hunc, qui ritus, iura, fidemq;
Seruat, quicq; pios patres in dogmate Christi
Noseendo sequitur, quæq; alma ecclesia sanxit,
Non quæ cerito confundit Apostata sensu
Pingat, & humanis vitijs aconita coloret,
Scilicet ipse nouus viuens sine labe Propheta,
Ingerat & maledicta, suæ dona ampla Mineræ,
Plus accepta mihi sua quam benedicta videbit.
Quando quidem tanta vitium est a peste probari.

DE MONSTRO CVCVLLATO
ex vacca in Saxonia producto, Ioannes Cricius.

Sacra volens Pluto turbari, & munus ad istud
Ex vsu monacho nil magis esse videns,
Sed ferre hanc dubitans vt posset foemina pestem
Fecit quod monacho foeta iuuenca fuit.

Cerberus

Cerberus exclamat, quid agis, quin perdis vtrinq;
Iam Luter obsequium quod cupis omne facit.

MATTHEVS CONOROVIVS.

Vacca cucullatum produxit Saxica foetum
Designans monstrum terra quod illa fouet.
Saxe miser vigila, monstrumq; hoc confice, semper
Exitium terris monstra, tulere suis.

DE LVTERO STERCORA OM-
nes sibi aduersos appellante,
Petrus Potulicius.

Stercora cum pre se ducat quoscunq; Luterus
Oreque spurciloquo nil nisi stercus habet.
Non rogo stercoreum dices hunc esse prophetam?
Qualia verba viri, talis & ipse vir est.

FELIX CESELIVS.

Cum semper maledicta sonent ex ore Luteri
Qualia sunt eius pectora nosse potes.
Nam velut e foedis, foedatæ fontibus vnde
Sic verba e spurco pectore spurca fluunt.

PETRVS SADORIVS AD LVTE-
RVM.

Non facit hoc meritum, tua non doctrina Luthere
Quod notum est late nomen in orbe tuum.
Qui te Vikleuñ, quique Hufsi gracule pennis
Vestisti, & proprium nil tibi, quam rabies.
Sed facit hoc meritumq; vrbs, leuitasq; popelli
Res vetus hæc, veteri tu quoque more lues.

AD EVNDEM IOANNES
TIRVESIVS.

Fœda cucullaris cum sit tibi vita, genusq;

B ij

Et

Et geris a foedo nomina digna luto.
Iure vales foedis, ceu natus ad improba, verbis.
Qua ratione quis est, hac ratione valet.

AD FAMAM DE HV TENO

morbo pediculari extincto.

Petrus Rusinius.

Cum nuper Stygias veheretur Hutenus ad umbras
Eius & audiret scripta nefanda Charon
Intereaq; pedum sese vis proderet ingens,
Et quereretur Hutem, mortis id esse genus,
Stulte, Charon dixit, caput orbis. in orbe putabas
Perdere, nunc foedo es perditus ipse pede.

IN QVENDAM LVTERANVM

Paulinus Iudiceus.

Dogmata quod laudas turbantia sacra Luteri
Nullius ipse fidem religionis habens,
Non id agis quo recta probes, seruesq; probata
Sed nullum ut facias religionis opus,
Vtq; animu possis dicendo explere malignum
In templa, in superos, sacricolasq; tuum.

IN EVNDEM IOANNES

Ostrorius.

Quo prior es, rabidi sequeris cur dogma Luteri
Ante Luter fueras, quam Luter ortus erat,
Ante pios ridere patres, contemnere diuos.
Et prestare nihil, quod sacra iura docent,
Ante tuę fueras desertor perfide legis.
Quam turbator erat notus in orbe Luter.

STANISLAVS SCHLOMONIVS.

Quod sic insequitur plebes male sana Luterum,
Qui

Qui sit si queris? hec lege doctus eris.
Est semper varium, nutans, & mobile vulgus,
Resq; stupore furens gliscit habere nouas,
Nullo iudicio, nulla ratione tenetur,
In Præceptis, quo mens corripit acta, ruit,
Illi non potuit Dux aptior esse Lutero,
Qui nulla constans re sibi talis adest.
Sicq; sui similes post se trahit, vna ruina,
Exitumq; omnes concomitatur idem.
Huic nisi mentis inops, & amator criminis hæret,
Quiq; gerit sacris, corda inimica viris,
Inconstans, leuis, ambiguus, perplexus, & anceps
Hunc sequitur, recte qui sapit, ille fugit.
Hæc Barbari illi Sarmatæ, vt Lutherastris poete, ipsi
videlicet, medijs nati Athenis, vocant. Sed &
eccum lector Germanum, pium iuxta &
lepidum poetam, ne omnes ea labe
conspersos putes.

DE CII PHILOMVSII DE EGRES
su, & ingressu, Lutheri Vuormaciam,

Cernis vt insano ruat obuia turba Lutero?
Vt coelo emissum numen adesse putet?
Vt ferrugineo stet bellua nigra cucullo?
Vt laruale colat vulgus inane pecus?
Scorta ruunt, mimi, lenones, pharmacopole,
Et lanij, & quicquid sordis in vrbe fuit
Ipse triumphali sublimis in agmine curru
Ducitur, at plausum turba iocosa ciet,
Scurraq; Cæsareus scurris comitantibus ignem
Gestat, & ardentes ventilat ante faces
Atq; ait, ecce ve nit, letum pæna canamus
Dicite iocundè, chare Lutere venis.
Chare Lutere venis, nostra miscenda farina,
(Ne pudeat) nostro de grege primus eris.

B iij Dixerat

Dixerat, & vectus per compita festa Luterus
Hospitis eximii limina nota subit.
Postera lux oritur, denso coeunte senatu
Ducitur ad magni Cæsaris ille fores.
Ut stetit in medio, sua crimina noscere iussus,
Que ue foret tanti fons & origo mali,
Obmutuit demens obstipito vertice fixus
Ut uacuis sensu sic quoq; vocis inops
Et modo qui vanę tulerat suffragia plebis.
Ut pius, ac sapiens, turpis asellus erat.
Iamq; diu elinguis, truncoq; simillimus herme,
Sic tandem furijs exagitatus ait,
Quod scripsi, hoc rectū est, verū indubitabile certū,
Vox fuit hec illi, cętera mutus erat.
Auertit Cęsar tam diris vocibus aures,
Sedibus irati profluere patres,
Protinus ergo pari fertur sententiā voto
Damnaturq; tuum fœde Lutere nephas
Scilicet vt veterum decreta phreneticus vnus
Tolleret? & ritus solueret ille pius,
Et que doctorum tot lumina clara virorum
Disseruere, amens dilueret nebulo
Obrutaq; in densis per tot iam sæcla tenebris
Relligio, hoc Bubalo restituenta foret.
Scriberet & leges fraterculus iste nouellas
Qui vix hellebore iugere sanus erit.
Pellitur inde furens nulla medicabilis arte
Ni thetis admoueas, vel Phaetontis opem
En tibi scurra redit, scurriliq; agmine septus
Deuouet infandum terrificatq; caput.
Vade malis auib; leuo pede, sydere tristi
I procul, a turpi dicte Lutere luto.
Te postq; in cineres Vulcanius egerit ardor
Presserit & Stygiam flebilis vmbra domū.
In te cunctorum Rhadamas tormenta malorum,
Transferet,

Tra
Dolia
Te
Dixera
Om
Illum
Eto
Vade
Va
Trudis
Cul
Effert
Na
Quisq
Co
Exerit
Sib
Sic ran
Vri
Quod
Q

Transferet, atq; vni seruiet aula tibi .
Dolia te fallent, pascent tua membra volucres
Te rota, te scopuli, te premet amne sitis
Dixerat utq; forent miseri rata fata Luteri.
Omnia funestę concinuisstis aues
Illum tartareę furię comitantur euntes ,
Et quodcunq; imo clauditur orbe nephas,
Vade Lutere foras oculos neu pollue nostros
Vade foras age dum scēmina virq; sonat
Truditur infaustum per olentia compita monstrum
Cultori aspirat foēda cloaca suo,
Effert tabificum feralis pompa cadaver
Nam species illi iam morientis erat,
Quisq; strepit, ringit, clangit, tollitq; cachinum
Colluue in tanta risus ineptus erat .
Exerit hic linguam, nares ille uncat , at alter
Sibilat, aut pedit, hic sreat, ille vomit
Sic tandem egredinr scelerum sentina Luterus
Vrbs quoq; lätata est hoc vacuata malo
Quod fuit ingressus quodq; exitus iste Luteri
Quid mirum est ? stultum nil nisi stulta decent.


Quid mirum est? Sublimis est illi
Credidit in gentes quod extant illi
Videtur quod hoc veritas in se
Sed non credidit veritas in se
Etilia in pedis illi in se
Favore in lingua in se
Colore in lingua in se
Quod in se in se in se
Nisi in se in se in se
Nisi in se in se in se
Cuius in se in se in se
Tudum in se in se in se
Vnde in se in se in se
Et quod in se in se in se
Illum in se in se in se
Omnia in se in se in se
Dicunt in se in se in se
Terro in se in se in se
Dedit in se in se in se
Tunc in se in se in se

37

Die
Doll
T
D
O
L
F
V
V
C
Z
V
C
E
S
S
V
C

2
H





Vom Sacrament


1546
Georgs-B.



Vom Sacra
ment.



cham
ft ym
vnd
helle
avre
t flie
ere
t



Encomia Lu teri

Andrea

In
Com
Ingr
Dec
varia

Bella per
Iusq; dat
In sua fac

Arma Lu

